


IMPRIMERIE DE LA FACULTÉ

FACULTÉ  
DE  
THÉOLOGIE  
DE PARIS  
THÈSES

BIBL.  
L'UNIVERSITÉ  
M.S.  
687





BIBL.  
DE  
L'UNIVERSITÉ  
MS.  
687



Volume de 187 feuillets  
moins 21, 22, 23, 104, 124, 129, 128 à 133 ~~et~~ 151 à 164 ~~et~~ 173)  
20 Juin 1912

(collat)





*Dissertatio*

*De Statu generali Judaismi ac Paganismi,  
Cum Christus mortuus est.*

---

*Clippiaci, 14 id. jun. ann. R. S. MVCCCLVIII<sup>e</sup>*

*M= Verigard, professeur dans la  
maison de l'Assomption à Cligny-la-  
-Gareme (près Paris)*

137  
138

Dilectio

De statu generalis Japoniae et Japonicum  
Cum Christianis missionariis



Leipzig: 17 1/2. Jan. 1728. M. J. WILHELM.

17. Leipzig, Professor von  
M. J. WILHELM  
- (von Leipzig)

De statu generali Judaeismi ac Paganismi,  
cum Christus mortuus est.

Joan. Cap. 19 v. 30

Consummatum est! hâc voce, morti occumbens,  
Jesus, omnia, nostram ad redemptionem, jam impleri signifi-  
ficavit.

Est vero, etsi perfecta, redemptio, nondum, ut ita dicamus,  
denuntiata in terris. Quâ ex abisso meritorum Christi gentibus  
haurire licebit? Quâ merita hoc attribuent sibi? Audite fidei.  
fides igitur, paucis diebus post, ab ecclesiâ, id cuius gratiâ existit,  
absolvente, predicabitur. Ecclesia navigium aspicias: en remis,  
velis, clavo, gubernaculo ceterisque, felicem ad cursum gaudet;  
stat verò in portu ad anchoram. Mox erit tempus cum, afflente  
Spiritu, letabunda undas auspiciatâ secubit, pretiosiorum adep-  
tura prodam, id est, animas ad imaginem Dei creatas Christique  
cruore redemptas. Cuius enim ecclesiâ apostolus Christus brevi:  
euntes, inquit, docete omnes gentes etc.

Matth. Cap. 28 v. 19.

Porro tunc temporis populi terrarum in duabus  
partibus divisi erant, scilicet Judaeis ac Gentilibus.

Populus Israël tanquam filius major natus Dei. hunc,  
conditor legislatorque posuerat ipse Deus veluti quoddam  
electionis vas, ut servarentur religiosa traditiones; deoque in  
suâ manu Israël hanc sacram sublimemque latentem,  
quâ terra iungebatur celo, tenebat. Creatio, lapsus hominis,

2  
187  
44  
futura redemptio, haec sunt dogmata quae Judaeis commissa  
fuerunt. Servaverat ne hic populus antiquus celeberrimusque  
hanc suam nobilitatem? Remanserat ne, usque ad  
Christi mortem, mandato fidelis?

psal. 147

cantic. Zach. Luc. cap. 1.

genes. cap. 6 v. 12.

Deveniamus nunc ad gentes illas quarum Deus  
cordi, ut cordi Jerusalem, haud locutus est, quibusque judicia  
sua non manifestavit; gressantur ne, Duce lege naturali,  
justitiae in semitis, an in tenebris et in umbra mortis sedent,  
atque ut quondam, diluvii temporibus, omnis caro corruptam  
sicam?

In summa, quisnam erat status Judaismi ac  
paganismi, tempore quo Christus mortuus est?

Utramque exponendam aggredimur, modo  
benigne annuerint Præcipui Sapientissimi que Doctores.

## De Judaismo.

Et primum, quod ad Judaeos pertinet, eis sub  
duplici respectu, civili nempe et religioso incumbemus.

I. Si vero ad rem Judaeorum publicam, vel minimum, tunc  
temporis, animum intendas, eos 1<sup>o</sup> sub alieno degere jure,  
2<sup>o</sup> ceteris gentibus esse despectui 3<sup>o</sup> tandemque inter se quam  
maximè disjunctos persuasum habebis.

1<sup>o</sup> Christi tempore morientis, Judaeorum res publica  
laborans et inclinata erat; quinimo, ruisse videbatur: Judaei  
in ditione advenarum, sine legibus, copiis aut militibus. Profanae  
hei! legionum romanarum aquila Sion arci ac Jerusalem muris  
excidium minabantur. Diu nocturne in eis cumiji per plateas  
nullo aberant loco ne templo quidem,  
viasque civitatis David vagabantur; illi, de quibus Deum precor  
ne intrent... Ipsi quoque Judaei fatebantur se non habere

thron. cap. 1

140

regem nisi Cesarem

At Romani, ut sui jus et imperium utcumque  
operirent, Judæis principes proprios concessere. Quinam autem  
principes isti? Orti sunt ex tribu regali Judæa, an saltem ex una  
vel minima Israël? Deus! Israël distractus, Judæa, proprie dicta,  
postquam Archelaus dejectus est, regitur a procuratore quodam  
Romano qui, se rebus religionis ultro inimicus, dare aut  
eripere summum sacerdotium sibi vult. Alter Antipatris  
nepos in Galilæa et tertius in Æturiæ et Trachonitidæque reg-  
num exercent. Proh dolor! ipsa fortuna hæc per longum hæc  
manebit. Infelix Jordanis regio, eò miseriarum accessit ut cuique  
ambitioso in prædam venerit!

At saltem, in Babiloni captivitate, aliquot Judæis spes  
supererant, nec non in sacris scripturis dulce solatium. Deus, ne  
in cinere sua plebs consumeretur, indefinenter curabat, et, per Daniè-  
lem, futurum messiam nuntiabat, tempore alii que iudicis;  
que prophetia adeo evidens est ut postea Porphyrium eam post  
eventum editam fuisse contenderit. Tum clara miracula iudicis  
illi erant Deum agere ut pater filium castigans amatum; tum  
Denique Deus, pietatis exemplaribus, Israël animum saepe defici-  
entem, istis luctuosis temporibus, confirmavit.

Imperante vero Tiberio, hæc recta conscientia; sacri non  
intelliguntur libri; silent propheta; nulla patrantur miracula;  
jam non surgit sanctus in Israël; ipsaque Sion est oppressa  
amaritudine.

2<sup>o</sup> Ubi nam imperium et præclarum et potens David, cujus ensis  
Judæa magnitudinem instituerat? Quis infelicibus reddat Judæis  
ter quaterque beatum tempus, cum quisque totus, pacem  
agitans, in umbra vitis ficifve degeret; cum regina,  
que miraretur Salomonis sapientiam, e longinquo veniret;

cumque tandem Judaei cum Graecis Romanisque foedus ferirent?

Cujus quidem gloriae in locum odium contemptique  
suceperat.

lib. 1 Satyr. 5

Horatium Judaeos, sicut mirando credulitate homines tradit.

Satyr. 5

Juvenalis obviat cuidam ebrio:

in qua, ait, te quoro protrechta?

Qui credat vero? Egregium viri, Marcus Tullius Cicero, in oratione  
pro Flacco, summissa quidem voce, attamen coram iudicibus,  
audiente turba Judaeorum, Judaeos superstitioni deditos, seditiosos  
barbarosque vocat. Nam cum narret Flaccum sauxisse, ut  
aurum, Judaeorum nomine, quotannis ex Galatia et ex omnibus  
provinciis Hierosolimam exportari soleret, addit: huic barbarae  
superstitioni resistere severitate est; multitudinem Judaeorum  
flagrantem nonnunquam in concionibus . . . contemnere  
gravitate summo fuit.

At barbari saltem, plurimis ab annis, senatum ingressi  
erant. Civitatem vero, pro sua gente, Philo a Caligula impe-  
trare haud valuit. Praeterea, Claudius Judaeos, jam exclusos a  
muneribus, expulit Roma. Hi probabunt, nihil miremur si  
Judaei Roma jugum excutiant. Quem autem legatum Nero-  
barbi filius mittet qui timentes compescat? Vespasiano forte  
acciderat ut, imperatore poeta poema quoddam recitante, somno  
caderet. Quapropter lethum expectans tristem vitam rursi tolerabat.  
Quaedam autem die, diluculo, nuntius, cum certum reddidit juberi  
a Nerone ut Judaeam in ditione populi Romani redacturum  
proficiscatur. Dux ergo humili loco natus, ab aula remotus,  
adversum invisam gentem progreditur, ex victoria non gloriam  
quidem sed ignominiam adepturus.

Circumcisio, foederis cum deo figura, ethnici, ludibris erat.

Denique apud eos (incredibile dictu) pervulgata erat opinio

Judeos asinum quendam, nomine Anethialum, colere - 141

Jura, verge, per Anethialum

aitbat Martialis, illudens.

3<sup>o</sup> Et ceteri, despecti, fortasse Judei aetiori ceteris familiaritate utuntur. Contra contentio et dissidium. In varias partes dividunt. Hi Romanis, illi patriae libertati favent; omnes vero rebus nimium inserviunt propriis; in tantum et discordia et publica et privatim erumpat. Equidem haud leviter affirmes quod si tam gravi remedium non offeratur flagitio, quandoque et mox quidem regnum istud, jamjam in se divisum, decidet. Heu! vanit summa dies et amariis, tempus venit inevitabile, cum Romam tolent gentem, urbem vallabunt resque Israel evertent. Jerusalem, Jerusalem ecce relinquetur - domum vestra deserta !!

II Faxit Deus ut, inter casus tantos tamque graves arumnas, judaica gens in artem fidei religiosa protenderet! (religiosa fides, malorum ad proptus allevamentum, simul reverentem fecisset posteritatem seculorum). Nec illud quidem solatium filii Abrahae, virtutis avitae degeneribus, superest. Constat enim eos. 1<sup>o</sup> de ipso messia haud recte cogitare 2<sup>o</sup> plures in sectas divisos 3<sup>o</sup> abjectos habere sacerdotes 4<sup>o</sup> orientem christi ecclesiam vehementer persecutos odio.

1<sup>o</sup> Quantum Judei tunc mutati ab illi, qui, post captivitatem, Jerusalem, duce Zorobabel, reversi, templum, trabam una manu, altera vero gladium tinentes, aedificaverunt! Quantum mutati ab illi, qui, superante Antiocho, omni generis tormenta, quovis crudelissimam necem perpessi sunt, nedum avitam legem violarent!

Qui credit eos, in his novissimis temporibus, messiam venturum fere rejecisse. Haec spes dulcis, quae Adam, in

penitentia deficiente nonnunquam, vires subminis trabat; haec spes  
 Abraham renovata ejusque in peregrinationibus solatium,  
 priusquam appositus esset ad patres; spes Job patientis, siccae  
 fletus; spes denique, quam et patriarcho et omnes proco legis  
 justis invicem exultantes salutavere, tunc, ut ista dicamus,  
 derelicta. Non tamen defuerant signa quibus jam adveni-  
 -sse Christum certo dignosci potuisset. Magi, regnante Hero-  
 -de priore, ab oriente ultimo, de messia sciscitantes, Jerusalem  
 acceperant. Idem rex ipse prophetia, extraneis jussu  
 evohi. A principibus autem sacerdotum responsum erat Me-  
 -ssiam Bethleem natum fore. Nonne et jam complebantur heb-

Genes. cap. 49. v. 10

-domades Daniel? Nonne et ablatum sceptrum de Juda?  
 Nuncio post, Herodes idem, ne scriptum Messias regno detru-  
 -deret, occiderat omnia pueros qui erant in Bethleem et in omnibus  
 -feribus ejus, ab imatu et infra. Vox in Drama audita est, plo-  
 -ratus et ululatus multus; Rachel ploram filios et noluit  
 -consolari quia non sunt. Quod nefandum facinus indigno fere-  
 -tes Judaei Herodi trucidatoris Innocentium cognomen dederunt.

Matth. cap. 2

Macrobi. Saturnal. lib. IV.

Gentiles quoque horruerunt, esse porcum quam filium Herodis  
 melius est, inquit, si vera est fama, Octavianus apud Romanos  
 imperator suspectus.

Dein, Messias, id est Jesus, in eis habitavit tres  
 annos (omissis triginta quibus erat subditus Joseph et Maria,  
 quorum putabatur filius), patam docens, medeusque male  
 habentibus, et tandem divina, falentibus ipsis iniquis, morte  
 mortuus est. Ut protereamus solem obscuratum, aliaque  
 portenta naturae, templi velum scissum, nona hora, eo ipso  
 tempore quo moriebatur Jesus, (quasi lex mosaica suum jam  
 cursum implerisset) sacrificiumque respectum non  
 amplius celebratum fuit.

At qui praedicta facta leviter sancti Judaeos commoverunt.

Plerimos attamen, et scimus et fatemur, orantes, ut  
 cali rorarentur desuper nubesque pluerent justum, extitisse constat.  
 Sed horatiam, oculos habentes, et non videntes, scripturarum intelli-  
 gentiam non possidebant. Nequaquam reminiscens demissum  
 statum, quem prouentus aut propheta, protolabantur gentium  
 Cuidam domitori aut saltem principi amplissimo, qui iudeam  
 orbis terrarum sceptris donaret.

Tandem non deerant qui messiam iam ortum existi-  
 marent, et (pudet referre) spes Jacob sicuti iude transuerent  
 ad alienigenos; sic Herodiani, de Antipatri filio, sic postea, plures,  
 inter quos ipse Josephus, quamvis sacrificator, de Vespasiano,  
 putarunt. Ubi sunt prophetia antiqua? Ubi fides totius  
 populi?

2<sup>o</sup> Judaeos, habefacto religionis fundamine, in alij momenti  
 minoris diujsos, hoc minime mirum est. plurime tunc  
 vivebant secta quarum praecipuis leuitet operam dabimus.

Pharisei, puritate pristina neglecta, superbiaque  
 inflati, eo devenerant simulationi, ut simulatores virtutis,  
 nostris etiam temporibus, pharisei vocentur. Venerationem sibi  
 comparare publicam rebus ridiculi satagebant; tanta vero  
 impudentia, ut magnifice se jactarent etiam in oratione; factis  
 denique explanatam legem implere solummodo, ut laudarentur,  
 videbantur. Hi certe maiora alij onera imponentes digito  
 suo nolebant ea movere.

Matth. Cap. 23

Strenii vero, Stoicorum more, vivendi rigorem ostentantes,  
 quam maximis semet austeritatibus gravabant. hominis  
 sublato libero arbitrio ejusque dignitate negata, cuncta, juxta  
 illos, res geste fato vel divina providentia subijciebantur. fer-  
 vido in legem prophetasque amore, prima specie, pollentes,  
 reipsa nec sacrificium offerebant nec unquam ventitabant

ad templum. Improborum animas in locis gelu adstrictis  
 aeternaque tempestate agitati generare; Calum autem nihil aliud  
 esse quam sedem ubi verum aeternum.

Na illi mollitius de Sinu Abrahae cogitabant; magis  
 vero delirabant Sadducei. Dogma immortalitatis animae,  
 à Moysè suppositum, gratissimum patriarchi, et undique  
 scripturarum relucens, rejicere haud erubescerant. Novimus de  
 act. apost. Cap. 23. hanc re olim mentionem phariseos, ritul et Sadduceos, astute  
 et provocante Paulo, ortam fuisse. Proterea Sadducei an-  
 gelum aut spiritum esse negabant

3<sup>o</sup> Cum forte lupus invadit gregem, si dispergantur oves,  
 pastor remaneus ad caulas rediit. Quod si pastor, velut  
 mercenarium fugiat ipse, perit grex. Haec miseranda sortis israel.  
 Quos deus, ut salutem iustitiae custodirent, sacerdotes, posuerat  
 Deus, illi, legis haud memores, aquam cisternarum veneno-  
 sarum horridam plebi subministrabant, de semitigra boni-  
 tatis ceciderant ipsimet. De qua re maximi stat momenti  
 testimonium. Jesum enim, charitas ipsa, pallium super  
 turpia sedentium in cathedra Moysi, jaciens, quod dicerent  
 non vero quod agerent agendum esse mandabat. Illud igitur  
 tam venerabile apud antiquos sacerdotum nomen, tunc tem-  
 poris vile; sal infatuatum. — ideoque deus homunculos,  
 à sacerdotio repulso, cum impiis perdet.

Sane pravi sacerdotes deum honorabant; sed tantum  
 labis; et templum haud tuebantur, ne dum, sacra rite  
 explendo, detorem domus domini diligerent. Nefanda in  
 hanc tempestate, columbae in loco sancto vendi licuit.  
 Qui alio equidem tempore istius modi facinus perpetrasset,  
 lapidibus fuisset obruti. Nunc vero impune domus orationis  
 lapidibus fuisset obruti.

Spehuma latronum fit! Cur vero Galileus, quidam, Jesus  
 nomine, filius Mariae et Joseph, non vero sacerdos ipse, et  
 quondam duo juvenes Belisodorum, sacrilegos mercatores a  
 sacris atrii eiecit? Templum Dei sanctum est, ter superbeque  
 detestabantur Judaei. Quare igitur templi maiestatem sanctita-  
 -tisque semetipsi violabant? Mox et in templum hoc  
 pollutum ruet ira Dei; mox, perinde ac si esset animatum,  
 intelligentia praeditum et sensu, templum turbatum erit,  
 commotum erit, tremor apprehendit illud: varia in eo ap-  
 -parebunt portenta; inhabitantes a seculo angeli, nubentis  
 vultum, exussio pulvere, fugient: et tunc abominatio  
 desolationis erit in loco sancto, cujus non relinquetur lapis  
 super lapidem.

Matth. Cap. 24. v. 2.

4<sup>o</sup> Jesum, qui templo sanctitatem aliquantisper, et  
 antea diximus, restituerat, principes sacerdotum et scribae et  
 pharisei, gentis proceres, ne sua tabesceret gratia, irascunt  
 erant cruce tenis; quo extincto, in virgulos, haud melioris  
 magistro sortis, sevitiam exercere. Illis ecclesiam in  
 cunabulis opprimi ardebat. Proximum discipuli predi-  
 -care in nomine Nazaroni vetiti; deinde in carcerem  
 coniecti; postremo virgis turpiter castrent. Frustra sapienter  
 venerandusque Gamaliel deprecabatur ne sic agerent; si  
 enim esset ex hominibus consilium hoc, dissolveretur; si vero  
ex deo, non poterant dissolvere illud. Judaei, crescente  
 furore, lapidant Stephanum, primum sevitam, cui lapides  
 torrentis dulces fuerat; brevi, causa ei placendi, Agrippa  
 caput Jacobi Zebedaei detroncabit; et paulo post, Judaei,  
 quia Paulus effugit, absente praeside festo, e fastigio  
 templi praecipitem dabunt minorem Jacobum, fratrem  
 Domini, justum cognomine, cui soli in sancta sanctorum  
 ingredi licet.

act. apost. Cap. 5

{ heu Duros corde Judaeos ! Puerine Dei beneficia venere ?  
 Cum pensantur haec omnia, scilicet Judaeos sub aliena gentis  
 iugo, ~~etiam~~ ~~exigere~~; eis autem, sacerdotibus quoque despicendis,  
~~in effluam misericordiam aut levitatem~~, contemptis ab omnibus,  
 intesse divinos, vitam exigere; eis autem, sacerdotibus quoque  
 despicendis, nullam minime aut leviter curam, et ecclesiam  
 Christi, in ipso ortu, odio esse, cum pensantur haec omnia,  
 in mentem venit scriptura: Digitus Dei est hic. Jam liquescit  
 populus Israel: finis appropinquat. Judaei tandem caeli  
 patientiam fatigaverunt; mensura imputatum impleta,  
 sanguis, quem a Zacharia Naruchica usque Christum fuderunt,  
 in eorum caput cito recidet.

Priore jam functi estis munere, o insani Judaei;  
 munere videlicet servandi Dogma unius Dei. Vos rejecit  
 Dominus; vos virga ferrea confringet; quippe semper erra-  
 -vistis corde, novissimoque Messiam, qui in propria venerat,  
 non recepistis; vos ne requie quidem Dormientium in  
 pulvere fruemini; vos tandem extorres patria, Domo,  
 inopes, acerbis coopertis odiis, cribabit Deus, ut veras esse  
 scripturas, in vobis, testimonio confirmetis, simulque sitis, a  
Soli ortu usque ad occiduum, testes misericordiae iraque  
 Superna; gentes autem per saecula videntes indignabuntur  
 et sibilantes movebunt caput dicentes: euge! euge!  
viderunt oculi nostri horribilius signum signo Cain;  
 fronte enim vestra, Judaei, manus quodam invisibili  
 insculpsit: Decido!

MAL. Cap. 8. v. 14

Cap. 1 -

Christus, ut supra ostendisse videmus, in lapideis  
offensionis et in ruinam habitantibus Jerusalem fuit. Evange-  
 lorum vero suscipiens Ethnici. Ab ortu solis, dominus ait, apud  
 Malacturam, usque ad occiduum, magnum et nomen meum  
in gentibus; et in omni loco sacrificatur et offertur nomini  
meo oblatio munda

Quisnam autem erat, Christo moriente, gentili-  
 um status?

Hic differimus primum de doctrina, deinde de moribus  
 Paganorum in genere proteritumque Romae, utpote capitis  
 et cordis paganismi.

Ethnici, quod attinet ad artes, choreas nempe, picturam,  
 sculpturam, pene ad summum solertiae cacumen exasperant.  
 Quorum poetarum carmina etiam nunc satis mirari non est;  
 oratorum vero eloquium ab omnibus celebratur; tum  
 antiquitatis signa, tum picta tabula magnum habent nomen.

Ubi hominum de religione (mirandum!) ad ultimam  
 insaniam corrupta etque morum exierunt pagani, eo  
 amentiores et peiores quo maiore humanitate proditi.

I - Horrendae eorum tenebrae <sup>1<sup>o</sup></sup> circa Deum 2<sup>o</sup> circa  
immortalitatem animae 3<sup>o</sup> circa cultum Deo debitum.  
 denudabimus; postea 4<sup>o</sup> quosdam absolutorum defuturorum  
liberatore.

1<sup>o</sup> Antiqua Egyptus in fronte templi cuiusdam haec inscripserat:

Plutarch. de Is. et Osir.

« Sanctum omne quod fuit, omne quod est, omne quod erit;  
nullus mortalium usum unquam velum sublevarit ».

Quae verba equidem divinitatem designant. Atqui pro hi-  
 storica posterior hoc velum eripere haud aliquando valuit et

Christus ingreditur mundum legit super templum primario  
Orbis exactis verbis, Athenarum scilicet, haec alia verba:  
" ex ipso deo."

Et revera primum praecipuumque Dogma, Deum, existentiam  
 Dei univ. et Spirituali Ethnici ignoravere.

Quasi extincto legi naturalis lumine, millia Deorum  
 colebant adeo ut egregius quidam auctor non immerito dixerit  
" omnia, excepto deo, Deum fuisse." Colebant autem Deos aureos,  
 argenteos, eujusque libet materia. ignem, ut ait sapientia, aet  
citatum aere aut gyrum stellarum aut miniam aquam aut  
solem et lunam vectores orbis terrarum Deos putaverunt. Uno  
 verbo, fabula quibus nostramur oblectantur otia, tunc  
 vera res.

cap. 13. v. 2

Nec respondeatur simulacra gentitium fuisse tantum  
 imagines Deorum non vero ipsos Deos. Certum est enim paganos  
 existimasse Deos vel Demones, speciali quadam dedicatione, con-  
 morari in status quo eorum effigiem gerebant. haec sententia  
 et Gamblicii et Procli et Quintilianii eujus verba referre  
 libet: haec primumquam Dedicationis accipiant summam religio-  
-nem, inquit, opera sunt tantum; Dedicatio est illa quae  
Deum induit quae sede destinata locat.

Declam., 322.

Cujus vero naturae Gentilium dii erant? Nec  
 possumus nec volumus tantas revelare infamias de  
 quibus ceterum paulula modo dicemus.

2<sup>a</sup> Ansima spiritualitatem immortalitatemque ethnici  
 cognoscebant equidem sed notio eorum infirma; sic haud  
 sanctis tantummodo sed et legulatoribus et poetis generatimque  
 illustribus viris Elgyptorum portus Camporum aperiebant; ita  
 ut miseris, pauperis, infirmos omnemque insortes non  
 consolaretur beata immortalitatis promissio.

in tartarum quidem impios, parridas, et quouque cuiuslibet  
 culpa conuictum Depici ceurebant; sed persepe non meliore  
 sorte fruebantur insontes, cum insepulcorum animo  
 Eneid. lib. 6. v. 29, 371. Sedibus placidij morte quiescere nequient, nisi centum  
annos, circa litora Stygis, errarent.

3<sup>o</sup> Gentiles errabant etiam in officiis, quae ab hominibus deo  
 persolueda sunt. Illi deos nullatenus vel paruum orbem  
 curare existimabant.

Hor. lib. 1. satyr. 14.

Deos didici securum agere cecum  
Ne aliquid miri faciat Natura, Deos id  
Cristes ex alto caeli demittite tecto.

id. lib. 1. od. 34.

inquiebat poeta quidam, ipse parens deorum cultos et infregens,  
 Illis vero potentiam deorum facto inelutabili terminari  
 persuasum habebant. fatis enim, ut ex paganis auctoribus  
 constat, Diu solummodo ministri erant, ita ut futuras  
 calamitates precibus deprecari non expediret. Item, ut  
 apud S. Augustinum legitur: si Dei providentia non  
presidet rebus humanis, nihil de religione satagendum.  
 Unde cultus inanis apud paganos; uno nefarius erat. Patro,  
 v. g. Mercurio, ebrius Baccho, impudicus Veneri etc. in  
 templo, manu tandem supinas, sacrificabat. sic, et  
vis bonus omne forum quem spectabat et omne tribunal,  
 sic movebat labra:

Hor. lib. 1. epist. 16.

pulchra Laverna,  
Da mihi fallere; da justum sanctumque videri  
Noctem peccatis, et fraudibus objice nubem.

Eloquamur an silemus de immanibus paganorum  
 festis?

Die solenni Lupercalium, in honorem Panis, vagabantur  
 iuvenes per Romam; ferme nudi, cultros manu tenentes,  
 horis viatores verberabant.

Cybelæ pontifices, diebus certis, in templo ululabant, spectantium audientiumque motibus ac verbis aures oculosque fedantes. Quorum duces, postquam sua ferro laceraverant membra, fronte, assistentium sanguine signabant.

Cum agerentur Bacchanalia, Bacchantes, hominibus ridiculi personati, comitate, urbem et campos, vineas solute, in quibus aliquando et angues, annexi, strabant. Amictu fere omni exuto, oculi, ardentibus, per convulsiones, manibus, tauros discerpabant et furore et impudicitia insaeviente.

Quid vero Edonidis intestinas, antistite palam perpetrare audebant, dictu nefas. Erat satis dixisse quod meretrices, in templo Veneris Corinthi inseruebant. Vetus adagium erat:

Horat.

Non cuivis homini contingit adire Corinthum.

Sali honore colebantur dii. Nihil, ne à proposito nimium declinemus, agendum de sacris in quibus sepe humanas cruces fedavit aras; hæc in Africâ et Græciâ, Cysi et etiam aliquando Dromæ usurpata. Quis haud novit Druidas numini suo Tentato innumeros homines feminas, puerosque, in statua immamini veniuntque aggestos, combussisse?

Ad hæc, innumeras superstitiones, fidem somnis, curis, talimatibus, effantam magicæ artis cupidinem, occultas disciplinas, omnis generis incantamenta, quos, adjungas, et statum totius religionis apud paganos vere cognosces.

Est fortitan objecit aliquis sapienter, quum deum unicum et spiritalem, tum partitionem in alterâ vita sive prævisionem sive cruciatum equam, et tandem cultum puriorum admisisset.

De predictis, generaliter loquendo, paganorum sapientes modo affirmantes, modo negantes, ambigebant. Quas autem

paucas veritate, lumine naturali servarunt, eas populi, capti-  
vas tenentes, celavere, et vix aliquot prodierunt.

Tullius, hercule, philosophus haberi potest. Porro hic inducit Catonem dicentem mirari se quod non ridebat haruspex haruspiciam cum videret. Erat-ne Tullius in dubio vita existentiam Deorum? Sane equidem; nam, exarato de natura Deorum libro, concludit deos probabilitet esse. Quid vero? Cantula hoc fidei, in monte ejus ut etiam aliquantulum divos terrere videatur. Namque suam dulcem Tulliolam quam, veniente die, quam, recedente, deflebat, in Deorum latu collocari voluit.

apud Lact. d. fab. relig.  
lib. 4. cap. 15.

Preferemus ne, inter poetas, Nasonem, qui, postquam tam elegantet recteque cecinisset:

os homini sublimis dedit celumque tueri  
sumit et rectos ad sidera tollere vultus.

Metam. lib. 1

Dubitavit utrum hunc (hominem scilicet) Divino semine fecerit opifex rerum an recessu tellus, cognati retineu, semina cali. Dubitavit utrum deus an melior natura chaos sitem disemisset; et tandem, post Aristophanum, Lucretium, Diodorum Sicilia alioque veter, materiem primariam ab eterno extitisse judicavit.

Preferemus ne et vatem illum qui octobis consecravit idus, optimum et candidum Maronem, ut ait Horatius? Ille, ipsa die qua e vita recepit Lucretius, rogam suscepit virilem; cujus fama invidens, cum suspicio clamitabat:

Felix qui potuit rerum cognoscere causas  
atque metus omnes, et inexorabile fatum  
subjecit pedibus, strepitumque Acherontis, avari

Georg. lib. 2. v. 490 et seq.

Aliquot post annos, egressus siliis, Sigeleus interrogabat:  
tanta-ne animis celestibus ira?

Eneid. lib. 1

Et denique, ut sermonis finem faciamus, Superos Priami gentem immeritam everitisse aperit.

Eneid. lib. 3.

Que variorum varia verba nullam, ni fallimur, vel minimam  
in ea que spectant Deos animamque fidem seu reveren-  
-tiam redolent.

4. Ut veritatem autem nostram captivam haud teneamus,  
quandam opinionem de futuro liberatore vagam atque incer-  
-tam, tempore Christi, viguisse concedimus. Quae opinio etiam  
diffusa per orbem. Univerſa gente, ad Judaeam, utpotè  
speciat, convertebantur. permasis inerat, prout Tacitus  
ait, antiquis sacerdotum litteris contineri, ex ipso tempore fore  
ut valeseret oriente, profectique Judaea rerum potirentur. Quod  
idem iidemque propè verbis testatur Suetonius: percrebuerat,  
inquit, oriente toto veteris et constantis opinio esse in factis, ut, eo  
tempore, Judaea profecti rerum potirentur. Ipse Cullius dudum  
locutus erat de homine quem regem haberet quisque salutis  
suae studiosus.

hist. lib. v cap. XIII

in Vespas.

Sic vaticinabantur quondam Sibyllae. Haec, in  
quibus paulisper, ubi postulat res, immorari juvat, à  
duabus vocibus graecis idem ac Dei consilium sonantibus  
nomen deducebant. Scripta, diversis temporibus, extitisse,  
testimonio multorum maximi momenti inter sacros necnon  
profanos auctores constat, plurimo quidem fuere et omnes  
de futuro praenuntiaverunt liberatore mundi. Si prosertim  
evohas verba Pythiae à S<sup>to</sup> Augustino servata, credas  
narrationem Dominici passionis. in manus iniquas venit,  
inquit, dabant deo alas . . . ad utrumq; fel, ad sitim actum  
dederunt . . . deum non intellexisti sed spiritus coronasti . . .  
templi vero velum scindetur et medio die nox erit tene-  
-brosa nini, in tribus horis. Et morte morietur tribus diebus.  
. . . et ab inferis regressus ad lucem veniet primus, resu-  
-rectionis principio revocatus ostenso.»

610f, éolien pour Deos  
et Pouchy

Cic. de Div. lib. 1. c. 25.

Quodam alia prope vel cunas manu tenet, quippe

147

quo christum Bethleem et quidem in stabulo nascentem  
procecerat. Quinimo, fama est Libertinam ostentasse  
Augusto puerum Iesum in utris brachia matris iacentem in  
splendore cuius radii solem aduersum obscurabant.

Quanta vero Sibyllarum auctoritas?

Quae sane, prophetas sicuti sacros, vereri minime fas  
est, sed illarum carminibus, ut clarus gloria Christi luce-  
-cat, uti licet. Sic S<sup>ct</sup> Justinus, sic Clemens Alexandrinus,  
sic Lactantius, capitolinus sacerdos; cui Sibyllini credebau-  
-tur libri, sic innumeri ceusebant. Hi admodum venerandi  
patres volebant a Deo, ut annuntiaretur Messias, pro-  
-phetas quidem iudeis, Sibylla vero gentibus concessos.  
Juxta S<sup>ct</sup> Hieronymum, Sibyllae prophetae donum,  
pro intacta castitate, a Deo optimo acceperunt. S<sup>ct</sup> Hiero,  
S<sup>ct</sup> Augustinus, eas ad civitatem Dei, paradysum scilicet,  
pertinere existimat. Unde antecessores nostri Sibyllas in  
fanis, cum, ut ait scriptos quidam, orbis albo ecclesia  
vestitu indueretur, collocaverunt. Et adhuc tunc temporis  
eas videre libet apud ecclesias plures v. g. in portis  
ac specularibus cathedrali Bellouacorum. Nos erat  
duodecim, juxta duodecim minores prophetas, fingi.  
Quarum ornatum lapidibus pretiosissimis fulgentem et  
staturam virentem aetate satis mirari non est.

Sicarum quoque virginum suffultus, oraculis  
Candidus vates, paulo majora lancaus, mirandum ac  
sublime carmen modulatus est. Quempiam statuit in-  
-fantem celebrare? Ullus haud sane unquam scivit.  
Maronem, quidquid sit, christi adventum prophetae, cum  
quibusdam asserere quidem non audeamus, at veteri usum  
traditione, atque insarum futuri praecionem, nepolitibus, ut  
Dante ait, lucem, qua ipse haud fruebatur, protulisse.

Ipsum autem paululum audiamus:

Eclog. IV

Ultima Cunctis venit jam carminis aetas —

Magnam ab integro saeculorum nascitur ordo —

Ille deum vitam accipiet . . . . .

Cara deum soboles, magnam Jovis invescanturam —

Atque concesso nutantem pendera mandum

Qui sane versus videntur, sunt s. ab heroe mortali inspirati;  
ad verbum contra veri, s. ad Christum referantur.

Sed hae praeterea vaga incertaque liberatoris futuri  
spectatione, graves Paganorum circa doctrinam errores, damnos-  
traste videmus.

II - Quam propter causam, jam haud audentius  
paganos et circa mores deliquisse nobis concludere fas est.  
Morum namque disceptata e doctrina tanquam e fonte  
manat.

Et revera, Paganus in vitis numero infinitis conse-  
-pulti erant; quorum aliquot, brevitate causa, cur sum perpen-  
-derunt; nempe 1<sup>o</sup> superbiam 2<sup>o</sup> luxum 3<sup>o</sup> gulam,  
4<sup>o</sup> inhumanitatem; post quae autem 5<sup>o</sup> et pauca de furore  
paganorum nos autem in ecclesiam addere licebit

1<sup>o</sup> Non ullo tempore, homo hominem, apud gentes, dilexit;  
et, habente saeculo aetatis nostrae secundo, quidam auctor Chris-  
-tianos, eo quod, legislatoris sui verbis adhibentes fidem, sibi  
-persuadissent homines fratres esse, ludibrio habuit. In paga-  
-nismo et ubique, et saepe nimis sui amos. Vili erat homo  
cui nulla opes; omnibus ille despectui.

Quid vero de servitute? Paucis sors dimidia partem  
et amplius apud populum qui populos arroganter reliquos  
barbarorum cognominem dedecorabat. In Italia plu, quam  
duplex tertia pars, Prose autem longe major numerus  
genuerat in servitio. Ita servus deficiabat: non tam vili;

quam nullus; quem lex veluti rem domesticam ducebat.

« Omnis, dicebat lex quaedam, qui haud jure occiderit mancipium quoddam aut animal domesticum, hujus pretium domino solvet, etiam juxta legem, vendens mancipiorum defectus emptoribus declarare debet, deinde pergit eadem: « venditores equorum defectus, vitia vel morbos non abdere oportet », satisne humanum genus respectus erat? Mancipia venundari gladiatoribus, ad bestias damnari et ad actus infames cogi licebat. Quod si unum e mancipiis herum necasset, cum illo socii interfuerant. Miseri, extra horas operis, horribilibus in speluncis catenis alligati rursi erant. Alii vero viventes, esca murenarum, in pistinas injiciebantur. Interdum minarum premium quinque assueti capite plecti prestabant ita ut oblata pecunia transferretur ad heredes: qui credat saepe plures, emulos, ad intereundum contendisse? Tandem, mancipia senectute vel morbo confecta liberis in vasulam rehebantur ubi quomodocumque vivebant, quibus fame consumpto, alia succedebant.

2. Ne qui nihil amat ac scriptum omnimoda potiri voluptate conatur.

Roma, eo quod perierant pudor pudicitiaque, ad id luxuria pervenerat ut luxuria quasi publicum institutum fieret. Luxuria ubique, in anima et in corpore, in viis et in palatis, in sordidi ediculis et in theatris, in legibus sicut in supplicationibus etiamque in delubris. Omnium cultus deusque luxuria; rugens luxuria templum aliquod Roma videbatur.

Hoc natura institutum erat ut matrimonium jam nihil aliud quam vana aestimaretur caeremonia. Lex divorcium fiebat. Romani conjuges, ut nosmet uestes, mutabant;

quas dacebant dimittentibusque decies, vicies, centiesque. Coniux,  
cui sua mulier transierat in terdium, ab eâ domus claves  
adimebat modo et veluti obsoletam suppellectilem dimittebat.

Ita ne verò agebant Epicuri de grege porci, id est,  
morum soli perditorum? Ita et honestissimi et sapientes.

Malcus, minister familiarisque Augusti amplius viciis, e am-  
dem mulierem ductam repudiavit; quam dimissam resume-  
bat, sumptumque iterum abigebat et, nullo tempore, cum  
eâ vel sine eâ vivere haud insuevit. Cato ipse, paganismi  
heros, Roma inter sapientes primus, dicitur uxorem  
Marricam Portensio neepario libere petente cepisse, quinimo  
Syngrapha suam subscriptis nomen; postea eandem,  
Portensio defuncto, iterum suscepit.

Matrimonio polluto, et mulierem despecta et misera  
proles. primum patres in liberos universos, deinde in recens  
natos tantum vito necisque habebant potestatem; recens  
nati ad pedes patris jacebant; qui, si a patrefamilias  
brachii non alleverentur, quasi tanto capitalis poena  
decreto, interficiebantur.

3<sup>o</sup> Parum est ut amator sui nimis se in voluptate  
immergat, ni gutta quoque delectetur. Quam plurimum  
manducare, summum cultorum morum fastigium, apud  
Romanos, habebatur. Quanta epularum magnificentia!  
Pisces, aves, vitulae, carnes et fructus e cunctis mundi parti-  
bus afferebantur. Sexcentos et sexcentos, ad struenda vivaria  
piscium, ornithones, septa, nummos impendebant. Dapes,  
que nequibant fieri, excogitabantur, paropsides scilicet linguas  
pavonum vel pithacorum composito. Quid vero! Romani,  
ut dicitur amplius ederent, vomitiones (referre pudet),  
in os plumis digitove immisso, incitabant. Nec quisquam

149

Horat. Lib. 3 os. 15.

iterum oblectet ista licentia plebem solam uti, cum

narratur et prisca Catonis

sepe uero caluisse virtus.

4<sup>o</sup> Denique amator sui nimis, refertus voluptatibus sibique effudit et cruorem, si cruos oblectet.

Roma tam abjectus homo homini ut occisio ejus ludo verteretur. Cum plebem taderet, ad eam recreandam, humane mactabantur victimae. In theatris quidem, ut veritas omnimodo expleta esset, tragica spectacula scripta perficiebantur; ut convivis vero saepe nobiles romani ludis sanguineis delectati fuerat. Quis circenses ludos non audivit? Præ homines et femina, pueri et equites, senatus et vestales et ipse imperator accedebant. Modo gladiatores, oblectandi populi causa, sepe invicem obtruncabant, hæc ad Cesarem supra pectore fundentes: "morituri te salutant!"; modo captivi vicissim sepe trucidabant, plaudente conventu, dum fortasse manu fratris vel amici sternerantur. Pantheras, tigrides, ursi adducebantur ad ludos; quin, Roma leges istiusmodi belluas peculiariter protegabant, adeo ut in Africa occidere non liceret.

Hæc de moribus gentilitatis sufficiant. Paganorum mundus, ut ait Episcopus Melvensis, in idololatria senuerat; et, idolis incantatus, exasperat surdus voci naturæ. Et sane quidem, pagani, legis naturalis, quæ, æterno participatio, et rebus vultus irradiatio divini, in cordibus, juxta 1<sup>am</sup> Augustinum, hominum scripta est, lumen quasi extinxere. Hinc error, hinc vitia. Unde ab antiquitate Christiana, scilicet, 1<sup>o</sup> Petro, in sua priore epistola, 1<sup>o</sup> Joanne, in apocalypsi, Tertulliano, Cusebio, 1<sup>o</sup> Hieronymo, 1<sup>o</sup> Augustino aliisque innumeris, accepit Roma cognomen Babyloniæ, id est, urbis, ut ait quidam historicus, magni iudicii, quò cuncta

Lib. 2 Conf. Cap. 4.

Facit. annal. lib. 19 cap. 44. undique atrocità aut pudenta confluant celebranturque.

5<sup>o</sup> Nunc, ut longioris exitum sermonis expediamus, addamus unum, nempe mundum gentilem cum fuisse ut christianismum malevolentem recipere. Cum doctor gentium ita dixisset in Aro-

act. apost. cap. 17

-pago, ut Bippontensis antistes exoptaret eum audire, quidam quidem iridebant, quidam verò ei dixerunt: audiemus te...

... sterum. Cui, juxta S<sup>thm</sup> Justinum, Tertullianum, aliosque recentiores, in axemi auctoris, ponderis, Tiberis, secti Christi passionis actibus, collocare statuisset, parere fugitavit senatus.

Demum, teste Lactantio, ratio vera quo Veronem impu-

lit ut contra christianos sevirer, affectus erga deos quos derelinqui animadverteret, incendiumque Romae ficta per-

vita Veron. paragr. 12

secutionis causa. Quam persecutionem primam memorant Suetonium: afflicti christiani, inquit, genua hominum su-

perstitionis, nova ac malefica. Et ab uno dice omnes. Namque philosophi christianam religionem insaniam,

amentiam, dementiam, stultitiam, furiosam opinioneem, furoris insipientiam etc nominabant. Tacitus ipse scriptis mandavit: extriabili superstitione rursus erumpebat non modo

Annal. lib. 19 cap. 44.

per Judeam, originem mali, sed per Urbem etiam.

Non hic locus fieri de crudelissima persecutione quam deces romani imperatores in christianos exerceri jusserunt.

Ezech. cap. 57

facta est, quadam die, super Ezechielum, manu domini et eduxit eum in medio campi, qui erat plenus ossibus, et dixit ad eum: fili hominis, putas ne vivent ossa ista?

Et nos de paganismis etiamque de judaismo libentes percontabimur utrum vivent ossa ista? — Vivent equidem.

180

Vivent Judaei, quibus, lacerato denique cordis velamine, Jesum pro principi pacis et patre futuro seculi, agnoscere placebit.

Quorum certe, pauci, perpetuo in eis cum ipsi corde, tandem interpretati in Deum parentem graves penas reddentes, iter aggredietur sempiternum. Et ipsi attamen curru triumphali ecclesiae alligati erunt, sacros scilicet libros, quamvis non intelligant, servantes, et (mirabile dictu!) penitus integros.

2721  
Nunquam enim Judaeis de-negandi aut adulterandi prophetias quae Jesum annuntiant condempnantque ipsos, cogitare.

Nunquam existentiam, vitam aut mortem Christi ac circumstantias abnuere in mentem eis venit.

Vivent et pagani, olea in olearium inserta similes. Visitum ad montem domini, id est ecclesiam, affluent. Quidem, labentibus annis, mille millia Christianorum omnibus exorcizatorum malis peribunt, at uos eorum semen fecundius. Paucis diebus post, omnia, exceptis falsorum numinum delubris, Christiani implebunt; et, exacto tertio reparato saeculo, sicut in corde multorum ita et in cubine aedium publicarum et inter regiones et in ipso in solio Caesaris lucescet. Ex quo tempore Christus vivit, regnat, imperat.

Quid vero? Ecclesia et gentes et Judaeos subiectos tibi, in quadam recenti Noe arca, e diluvio cupiditatum malarum salvandos, colliget; eos omnes, ut fili Dei nominentur et sint, in sua domo suscepto, mater alina, in sine refovebit; eos tandem Christi corporis faciet participes. Vere igitur his Judaeor paganoque verbis jam affari licet:

vos dii estis!

At quid de ecclesia, quae, sine vi, sine scientia, sine ullis opibus humanis, imo praedictis cupiditatibusque contraria

et omnibus impugnatā modis, tantam rerum immutationem  
felicitate patavit! Divina hæc. Pijæ auctor, quadam die,  
Evang. Joan. cap. 12 v. 32. proderat: Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham  
ad meipsum.

Chippiaci 10 Jun. 1858

Sturmarum

